Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nes.

Hnderunt ei. Non. Dicit eis. Mittite in dexteram nauigii rete. et inuenietis. Miserunt ergo. et iam non ualebant trahere illud p multitudine piscium. Dixit ergo discipulus ille quem diligebat ihs petro. Dns est. Simon petrus cum audisset quia dns est. tunica succinxit se. erat enim nudus. et misit se in mare. Alii autem discipuli nauigio uenerunt. Non enim longe erant a tra. sed quasi cubitis ducentis. trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram. uiderunt prunas positas. et piscem super positum. et panem. Dicit eis ihs. Afferte de piscibus quos prendistis nunc. Ascendit simon petrus et traxit rete in terram. plenum magnis piscibus. centum. quinquagintaetribus. Et cum tanti sint. non est scissum rete. Dicit eis ihs. Venite prandete. Et nemo audebat discipulorum interrogare eum tu quis es. scientes quia dns est. Et uenit ihs. et accepit panem. et dedit eis. et piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est ihs discipulis suis. cum resurrexisset a mortuis. Cum ergo prandissent. dixit ihs simoni petro. Simon iohis diligis me plus his. Dicit ei. Etiam domine tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon iohis diligis me. Aut illi. Etiam domine tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon iohis amas me. Contristatus est petrus quia dixit ei tertio amas me. et dixit ei. Domine tu omnia scis. tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amen dico tibi. cum eres iunior cingebas te. et ambulabas. et ubi uolebas. Cum autem senueris extendes manus tuas. et alius te cingit. et ducet quo tu non uis. Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset deum. Et cum hec dixisset. dixit ei. Sequere me. Conuersus petrus uidit illum discipulum quem diligebat ihs sequentem. qui et recubuit in cena super pectus eius. et dixit. Domine quis est qui tradet te. Hunc ergo cum uidisset petrus. dixit ihsu. Domine. hic autem quid. Dicit ei ihs. Si sic eum uolo manere donec ueniam. quid ad te. Tu me sequere. Exiuit ergo sermo iste inter fres. quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei ihs non moritur. sed sic eum uolo manere donec ueniam. quid ad te. Hic est discipulus ille qui testimonium phibet de his. et scripsit hec. Et scimus quia uerum est testimonium eius. Sunt autem et alia multa que fecit ihs. que si scribantur per singula. nec ipm arbitror mundum capere posse qui scribendi sunt libros.

Incipit prologus sup Paulum.

Epistole pauli ad romanos causa hec est. Ecclesiam e duobus populis de iudeis et gentibus congregatam. exequar meritis. ut causam ei auferat simultatis. que de uoluntate prelationis mutue nascebatur. Ergo ut pace inter se et caritate iungantur. ostendit pauis conditionis esse. cum prius obnoxii fuisse conplentur. quique salute per fidem xpi. et gratiam sunt assecuti. Nam neque iudeis profuisse lege in custodiam deceruntque gentiles per legis ignorantiam posse defendi. quos ratio et ad dei noticiam perducere potest. et ab omni iniqu